ITALIA PONTIFICIA

SIVE

REPERTORIVM PRIVILEGIORVM ET LITTERARVM
A ROMANIS PONTIFICIBVS ANTE ANNVM MCLXXXXVIII
ITALIAE
ECCLESIIS MONASTERIIS CIVITATIBVS SINGVLISQVE PERSONIS
CONCESSORVM

IVBENTE REGIA SOCIETATE GOTTINGENSI

CONGESSIT

PAVLVS FRIDOLINVS KEHR

VOL. VI
LIGVRIA SIVE PROVINCIA MEDIOLANENSIS
PARS I
LOMBARDIA

BEROLINI APVD WEIDMANNOS MCMXIII
REIMPRESSIO PHOTOTYPICA MCMLXI

bus vicibus ab Hormisda papa ad Anastasium imp. a. 515 et a. 517 missum esse constat (cf. JK. 774. 775. 789. 792. 795. 796). Facile igitur intelligitur, cur antiquum Ticinensis ecclesiae privilegium de usu pallii Hormisdae pp. attributum fuerit.

*2

(708—15)

Coram Constantino pp. Benedictus archiep. Mediolanen. et (Armentarius) ep. Ticinen. pro ecclesia Ticinensi altercant.

v. Milano, Archiepisc. n. 50.

3

(745—52)

Zacharias Theodoro ep. eccl. Ticinen.: respondet ei pytacium offerenti, si liceat filium, cuius pater alterius filiam ex s. baptismate suscepit, id est spiritualem eiusdem patris filiam, in matrimonium suscipere; monet, ut omnes cavendae sint talis sceleris commixtiones; addit de filiis, qui ex eis nati esse probantur, si liceat eos coniugio copulari annon, et de illo capitulo, in qua debeatur generatione de propria cognatione coniungi. — Pytacium quod.

Legitur in Gunzonis levitae Novariensis epistola ad Attonem ep. Vercellen. missa (ep. 6). Ivonis Decr. I c. 307 (Migne CLXI 133). Ivonis Panormia VI c. 128 (Migne CLXI 1278). Gratiani Decr. C. XXX qu. 3 c. 2 (Friedberg I 1100). — Edd. Baluze Reginonis abbatis Prumien. libri 2 de ecclesiasticis disciplinis et de religione christiana (Parisiis 1671) p. 651 n. 21 ex veteri codice bibl. regiae = Migne CXXXII 455 n. 1. Gunzonis ep. ed. D'Achery Spicil. [1] *VIII 120;* [2] *I 437 et in Attonis s. Vercellen. eccl. ep. Opp. ed. Carolus Burontio del Signore II 301 = Migne CXXXIV 111. Mansi Suppl. II 647 ex cod. Brochardi = Mansi XII 354 n. 18 = Troya Cod. dipl. Longob. IV 352 n. 631 = Migne LXXXIX 957 n. 20 = Bartolini Di S. Zaccaria papa (Ratisbona 1879) Doc. p. 77 n. 30. Nürnberger in Katholik II (1882) 69. Mon. Germ. Epp. III 709 n. 18 (cf. Mon. Germ. Lib. de lite III 590). — Regg. J. 1768. JE. 2306.*

Argumenta, quae Scherer in Hist. Jahrbuch V (1884) 250 sq. contra huius decreti fidem protulit, W. Gundlach in N. Archiv XVIII (1893) 661 sq. confutavit. Bossius vero in libro ms. Glorie sacre (cf. supra p. 170) ex Vita s. Theodori ep. auctore Sisinnio presbytero (quae nunc desideratur) decretum Leoni III attribuit (cf. Robolini Notizie I 221).

4

(875 in.)

[o]hannes VIII Ansberto archiep. Mediolanen.: mandat, ut una cum Liut-[w]rido Ticinen. et Paulo Placentin. epp. causam Bavae decernat.

v. Milano, Archiepisc. n. 57.

5

877 aug. 24

[I]ohannes VIII Iohanni s. Ticinen. eccl. ep. etc.: confirmat omnia privilegia [t]am ss. pontificum quam augustorum praecepta; statuit, ut secundum s. canones [c]lerici vel sanctimoniales aut viduae sub eius cura stare debeant nullusque [t]am sacri ordinis quam saecularis minister eos easque ad publicum portrahere [i]udicium aut ob hoc res illorum illarumque in bannum ponere praesumat; [s]ancit, ut monasteria, quae intra eius dioecesis fines consistunt, sub eius iure [c]anonico permaneant, videlicet et in consecratione abbatum vel abbatissarum et [i]n eorum earumque criminum discussione; decernit, ut monasterium s. Donati [i]n Seogialo, fundatum a Liutprando ep., et monasterium s. Mariae in Cariate, [q]uamvis in alienis parochiis consistant, sub eius eiusque successorum iuris-[d]ictione permaneant; ita etiam praecipit de cimiteriis, quae intra vel extra [c]ivitatem Ticinen. consistunt; concedit ei eiusque successoribus crucem et

pallium habere nec non album equum coopertum equitare in ramis palmarum et 2 feria post pascha; statuit, ut episcopus de proprio clero secundum statuta patrum et Romanae sedis antistitum a clero et populo eligatur, nulla saeculari contradicente potentia; confirmat xenodochium fundatum intra Ticinen. civitatem iuxta ecclesiam s. Mariae q. d. Minor, quod Karolus imp. eidem ecclesiae restituere curavit, et immunitatem ipsius ecclesiae secundum imperialia praecepta. — Supernae miserationis. Scr. p. m. Leonis scrin. S. R. E., in m. sept. Dat. 9 kal. sept. p. m. Leonis ep. missi et apocrisiarii s. sedis apost., imp. d. Karolo a Deo coronato magno imp. a. 2 et postcons. eius a. 2, ind. 11. Subscr. Zacharias ep. Anagnin., Petrus ep. Forosinfronen., Laurentius ep. Campaniae.

D[1]. D[2]. D[3] f. 330. [B s. XVII. E. F]. — Edd. Sacci De Papien. eccl. dignitate [1] *(1587) p. 273. Spelta* [1, 2] *p. 236 ex D = Romualdus a S. Maria I 56 Exc. Compendium privilegiorum s. XVII. Ughelli* [1] *I *14 ex D;* [2] *I 1085 = Bull. Rom. ed. Cocquelines I 217 n. 19 ad a. 878 = Bull. Rom. ed. Taur. I 351 n. 19, = Mansi Suppl. I 1014 = Mansi XVII 259 n. 3 ad a. 872, = Giulini Mem. di Milano* [1] *I 352 Exc.;* [2] *I 275, = Cod. dipl. Langob. c. 463 n. 276 ad a. 878, = Cappelletti XII 408, = Migne CXXVI 730 n. 90. Capsoni Origine p. L ex D. Prelini S. Siro II Doc. p. 11 n. 6. — Regg. Petragrassa Laureolae p. 54. Robolini Notizie II 143. J. 2339. JE. 3111.*

De monasterio s. Donati de Scozula, a Liutardo ep. Papiensi fundato, cf. supra p. 164 (Sesto-Calende). De monasterio s. Mariae de Cairate cf. supra p. 26.

*6

(878 mart.)

Iohannes VIII exponit Iohanni ep. quae et qualia a Lamberto Spoletano comite mala et multiplices passus sit iniurias.

Conf. Ravenna, Archiepisc. n. 120 (JE. 3122).

7

(878)

Iohannes VIII tam Mediolanen. archiep. cum suis suffraganeis quam Ravennati cum suffraganeis suis: iubet, ut, quotiens Iohannes ep. Ticinensis et post eum eius successores eos vocaverint pro emergentibus quaestionibus eximendis, continuo simul convenire non differant. — Scriptum etenim. Dat. [. . . . .].

Reg. Iohannis VIII ep. 145. — Edd. Carafa Epp. decr. III 395 n. 139 = Romualdus a S. Maria I 57. Bini Conc. III 963 = Eustachius a S. Ubaldo De metropoli Mediolanensi p. 276. Mansi XVII 109 n. 139. L. Amadesi in Saggi della Soc. letter. Ravennate I 44. Capsoni Origine p. LIII. Migne CXXVI 815 n. 183 ad a. 879. — Regg. J. 2432. JE. 3192.

8

(878)

Iohannes VIII Iohanni ep. Ticinen.: mandat, ut Gotfredum, filium Iohannis comitis palatii, et Isebertum subdiac. atque Heribaldum notarium, filium Garibaldi, qui filii Ragiberti iudicis nuptam Gausildam contra canonum et legum auctoritatem per vim abstulerunt, omni christiana communione privare non differat, donec legaliter emendent, quod nequiter perpetrare ausi sunt. — Denique Ragibertus.

Reg. Iohannis VIII ep. 146. — Edd. Carafa Epp. decr. III 396 n. 140. Mansi XVII 109 n. 140. Migne CXXVI 815 n. 184. — Regg. J. 2433. JE. 3193.

et episcopis, qui eius causa excommunicationis periculum incurrerunt, prudenter obsistat et eis, qui in certamine Christi sunt, fideliter solatium praebeat. — Nonnulla nobis. Dat. Romae 3 kal. iul. ind. 11.

Reg. Gregorii VII lib. I ep. 12. — Edd. Carafa Epp. decr. III 558 n. 12. Tartini Rer. ital. scr. I 303. Mansi XX 69 n. 12. Migne CXLVIII 294 n. 12. Jaffé Bibl. rer. Germ. II 23. — Regg. J. 3547. JL. 4783.

Guilielmi episcopi epistola ad Gregorium VII non pervenit ad nos.

21 *Capua 1073 oct. 13*

Gregorius VII Guilielmo ep.: laudat eius epistolam; monet eum, ut Herlembaldo Mediolanensi manum adiutorii praestet et inimicis s. ecclesiae viriliter resistat. — Litterae fraternitatis. Dat. Capuae 3 id. oct. ind. 12.

Reg. Gregorii VII lib. I ep. 28. — Edd. Carafa Epp. decr. III 572 n. 28. Mansi XX 83 n. 28. Migne CXLVIII 311 n. 28. Jaffé Bibl. rer. Germ. II 45. — Regg. J. 3563. JL. 4799.

Haec quoque Guilielmi episcopi epistola desideratur.

22 *Roma 1074 mart. 17*

Gregorius VII Guilielmo ep.: nuntiat, marchionem Azonem in Romana synodo super incesta copulatione (Mathildis) sororis eius accusatum esse; admonet eum, ut ad servitium s. Petri paratus et ut melius possit instructus, cum eodem marchione ad se venire nullo modo praetermittat. — Significandum tibi. Dat. Romae in synodo 16 kal. april. ind. 12.

Reg. Gregorii VII lib. I ep. 57. — Edd. Carafa Epp. decr. III 594 n. 57. Contelori Mathildis comitissae genealogia (1657) p. 132 n. 33. Rena e Camici Serie cronologico-diplomatica degli antichi duchi e marchesi di Toscana II^d 51 (ital.). Mansi XX 105 n. 57. Migne CXLVIII 334 n. 57. Jaffé Bibl. rer. Germ. II 76. — Regg. J. 3595. JL. 4834.

Sunt qui hanc Mathildim, sororem Guilielmi Papiensis episcopi et uxorem Azzonis marchionis (ex gente Atestina), cum Mathilda comitissa ex gente Canusina confundant.

*23 *(Roma 1074 oct. 16)*

Gregorius VII invitat per epistolam suam Guilielmum ep. ad sese venire, quatenus de matrimonio Azzonis marchionis *(cf. n. 22)*, rei veritate percognita, iustum statuat.

Laud. in Gregorii VII epistola ad Beatricem et Mathildim missa (IP V 389 n. 13). — Reg. JL. —.

24 *Roma 1074 dec. 16*

Gregorius VII Guilielmo ep.: reprehendit eum, quod ad constitutum ei terminum *(n. 23)* nec venerit nec legalem excusationem miserit; praecipit, ut ad synodum prima hebdomada quadragesimae *(1075 feb. 22—28)* celebrandam veniat et de causa (Mathildis) sororis eius respondeat. — Licet contra. Dat. Romae 17 kal. ian. ind. 13.

Reg. Gregorii VII lib. II ep. 35. — Edd. Carafa Epp. decr. III 643 n. 35. Contelori Mathildis comitissae genealogia (1657) p. 135 n. 36. Mansi XX 152 n. 35. Migne CXLVIII 389 n. 35. Jaffé Bibl. rer. Germ. II 149. — Regg. J. 3670. JL. 4908.

Conf. Gregorii VII epistolam ad Mathildim eodem die missam J. 3671. JL. 4909.

*25 *Roma 1075 feb. 24—28*

Gregorius VII in synodo suspendit Guilielmum Papien. ep.

Acta synodi exstant in Gregorii VII registri lib. II ep. 52a (Jaffé Bibl. rer. Germ. II 170). — Regg. J. p. 417. JL. I p. 612.

Ughellus [1] I *20; [2] I 1089, nescimus quo errore inductus, asserit, Guilielmum ep. a Gregorio VII amplissima privilegia retulisse.

26 *Laterano 1105 mart. 22*

Paschalis II Guidoni ep. etc.: firmat omnem Papien. ecclesiae dignitatem per praedecessorum suorum privilegia vel authentica scripta concessam; decorat eum inter missarum sollemnia pallio et concedit tam ei quam successoribus eius in processione palmarum et feriae secundae post pascha equum album equitare udone coopertum, crucem inter ambulandum praeferre, confirmat ei monasteria s. Donati in Sciolula et s. Mariae in Cariate, licet extra dioecesim Papien. sita; statuit, ut ceterorum monasteriorum, quae infra eius dioecesis fines sunt, canonica dispositio et abbatum vel abbatissarum discussio, electio et consecratio eius semper arbitrio conserventur, quos vel quorum presbyteros ad eius expediet venire concilium; prohibet in monasteriis aut cappellis praeter matricem ecclesiam baptismum generale fieri et, ne clericos, sanctimoniales, viduas urbis nemo praesumat in iudicium trahere nec cimiteriorum, quae intra vel extra civitatem sunt, curam ei aut potestatem subtrahere quaelibet persona praesumat. — Sicut iniusta poscentibus. Scr. p. m. Iohannis scrin. reg. et not. s. pal. Ego Paschalis etc. Dat. Lat. p. m. Iohannis S. R. E. diac. card. ac bibl., 11 kal. april., ind. 13, a. d. inc. 1105, pont. autem d. Paschalis II pp. 6.

*A. [D[1]. D[2]. D[3] f. 332'. E. F]. — Edd. Sacci De Papien. eccl. dignitate [2] (1587) p. 276. Spelta [1.2] p. 281 ex D = Romualdus a S. Maria I 57 Exc. Compendium privilegiorum s. XVII. Ughelli [1] I *20; [2] I 1090 = Bull. Rom. ed. Cocquelines II 120 n. 22 = Bull. Rom. ed. Taur. II 238 n. 22 = Mansi XX 1040 n. 80 = Cappelletti XII 430, = Migne CLXIII 151 n. 142. Capsoni Origine p. LIII. Prelini S. Siro II Doc. p. 30 n. 21. — Regg. Petragrassa Laureolae p. 72. Robolini Notizie III 80. Magani Cronotassi p. 47. J. 4480. JL. 6013.*

27 *Laterano (1105) april. 27*

Paschalis II G(uidoni) ep.: reprehendit eum, quod in monasteriis, quae secus Papiam sunt, videlicet Salvatoris et b. Petri apost., electionem, consecrationem sive discussionem datam sibi ab apost. sede dicerit, quoniam in huiusmodi monasteriis monachorum consensui debetur electio; consecratio autem sive discussio ex vetustae constitutionis consuetudine ad eccl. Romanae episcopum pertinuisse cognoscitur.

v. Mon. s. Salvatoris n. 5 et Mon. s. Petri in Coelo aureo n. 11.

28 *Laterano (1105) iun. 24*

Paschalis II clero et populo Papien.: scribit de dissensionibus inter b. Syri ecclesiam et s. Petri monasterium q. d. Coelum aureum super interpretatione privilegiorum sedis apost.; praecipit, G(uidonem) Papien. civ. ep. nihil iuris in b. Petri seu s. Salvatoris coenobio vindicare, sed illud in pace et quiete